Du. iij. Qualiter et in quib⁹ seipsum ꝓbare ꝛ examinare debeat. Sol. Primo et ante oīa debet cum diligētia ꝯscientiā suā discutere et examinare. presertim a ꝓxima cōfessione debite facta. Siue interea inciderit in excōmunicationē. irregularitem. vel suspensionē aūt aliquid aliud hmōi impedimentū. Scdo. diligēter prospicere debet si ne interea aliqua mala precipue mortalia ꝯmiserit. Siue aliqua bona ad que obligatur omiserit. vel negligenter persoluerit. Tertio si aliqua huiusmodi inuenerit an ex toto corde de istis doleat. et ea ꝓpter deum quē offendit detesteẗ. Quarto an habeat firmum ꝓpositum emendandi vitam suaz et ab omnibus mortalibus cauendi in futurum ꝓpter deū. Quinto an intendat omnia confiteri ante accessum ad celebrationem. et iuxta arbitrium confessoris pro eis satisfacere. Sexto vtrū habeat rectam fidem cum debita intentione et conatu ad debite et deuote celebrandum. Septimo an debitā diligentiā in discussiōe et examinatione predictoꝝ adhibuerit. Hec diligenter animaduertant sacerdotes concubinarij. lusores. crapulosi. ebriosi. et alij ꝯsimiles in damnabili statu viuētes. Pensent qꝫ studiose qualiter ad celebrandū accedant. et que eos vltio diuina expectet.

Du. iiij. Quanta requiritur diligentia in examinatione predicta vt sufficiens reputetur et debita. Sol. Tanta requiriẗ quātam quis faceret in magno et arduo negotio ꝓ magna et ardua

12

re lucrands. aut graui incōmodo vitando et iuxta possibilitatez humane fragilitatis. Vñ si quis huiusmodi diligentiā in cōsciē tie sue examinatione nō fecerit. indigne ad istius sacramenti ce lebrationem atqȝ sumptionē accedit. quia impreparatus. et ita dominici corporis et sanguinis reus iudicabitur.

Du. v. Quō possit q̄s esse aut fieri certus ꝙ debitam et suffi cientem diligentiam in pretacta discussione fecerit. Sol. Ex quo hic nō requiritur euidens certitudo. cū illa absqȝ diuina reuela tione haberi nō possit. sed exigitur solū certitudo moralis siue ci uilis sicut in alijs agibilibus humanis. pōt quis ex ꝓbabilibus cōiecturis post examinationē de debita diligētia factā. satis scire ⁊ cert⁹ esse an debitā diligentiā fecerit vel non fecerit in discussio ne precedenciū. et hoc sufficit quēadmodū et etiā dictū est supra capi. ij. arti. iij. de certitudine essendi absqȝ peccato mortali.

Du. vi. In quo ꝯsistat debita et sufficiēs cōsciētie purgatio. Sol. Talis ꝯsistit post debitā axaminationē factā in pctōꝝ ꝑser tim mortaliū et aliorū impedimentoꝝ si que ꝑ discussionē inuen ta fuerint. totali et omnimoda remotione vel expulsione. Ad quā expulsionē tria ꝓcipue requirunt. Primū est vera et ꝑfecta cōtricio et peccatoꝝ detestatio ꝑ quā quis deo quem offendit re cōciliatur. Scd̄m est pura et integra cōfessio. Terciū est recta et debita absolutio. Non enī sufficit ꝙ accedens ad celebrandū sit per contritionē recōciliatus deo. sed etiā. requirit ꝙ sit recōcilia tus ecclesie. vt digne suscipiat sacramentū vnitatis ecclesie. qd̄ fit ꝑ absolutionē. que ꝑrequirit confessionē. Et ideo si q̄s in pec cato mortali existēs q̄ztumcūqȝ ꝯtritus ad celebrandū accedat non ꝯfessus et absolutus mortaliter peccat. nisi in casu sequēti.

Du. vij. Quid agendū sit si quis nō possit habere copiā con fessoris. Sol. Differat quousqȝ confessorē habuerit. et hoc si sine scandalo fieri possit. Si aūt scandalum immineat celebret cum contritione et ꝓposito confitendi tempore cōgruo. Si tamen ex negligentia sua confessor desit specialiter doleat.

Du. viij. Quibus ornamētis conscientia celebraturi debeat esse adornata. Sol. Necesse est ꝙ celebraturus sit ornatus recta fide. debita intentōe. et sufficienti conatu ad digne celebrandum Decens est etiam vt sit ornatus humilitate castitate iustitia et ce teris virtutibus. que per vestes sacerdotales significantur.

Du. ix. Vtrū celebraturus teneatur dicere horas canonicas ante celebrationem. Sol. Ad minus tenetur dicere matutinas ante celebrationē alioquin mortaliter peccat. Ad alias aūt ho ras non tenetur ante missam nisi aliqua specialis cōstitutio eum ad hoc obliget. Congruum tamē est vt dicātur prime ante cele

brationem. et in ceteris obseruetur consuetudo dyocesis.

Du. x. Utrū sint. aliqua alia dicenda vel agēda ante celebrationem misse. Sol. In hoc attendenda est consuetudo dyocesis vel religionis sue. Un̄ vbi consuetum est dicere istos psalmos. Quā dilecta. Benedixisti. Inclina. Credidi. De profundis. cum quibusdam precibus et collectis. Vel etiam quidam psalmi et orationes ad locionem manuū. et indutionem sacrarū vestiū. et in accessu ad altare. non sunt ista omittenda. Solet etiam premitti confessio generalis publica. et osculatio altaris. et apud quosdā thurificatio. que suo modo etiam obseruanda sunt.

Arti. ij. Resoluens. xiiij. dubia occurrencia circa dicenda et agenda in missa.

Du. i. Que sint dicenda et agenda in missa. et quō. Sol. Omnia illa sunt dicenda et agenda et eo modo. quo ordinatio ac cōsuetudo dyocesis vel religionis celebrantis obseruari precipit.

Du. ij. Utrum sacerdos in missa possit aliq̄d aliud dicere q̄ in missale teneat. Sol. Magis expedit q̄ nihil aliud dicat. pōt tamen cogitare aliqua deuotionē excitancia. Un̄ si effectū habeat ad aliqua dicenda. illa cogitet mente.

Du. iij. Utrū verba canonis debeāt dici secrete. sicut et orationes que secrete vocantur. Sol. Sic. propter multas causas quas non opus est hic recitare.

Du. iiij. Utrū cetera preter canonem et secretam vel secretas si plures accipiant debeant alta et audibili voce dici. Sol. Sic. nō em̄ sine causa ecclesia fecit distinctionē inter canonē et alia dicenda p̄ hoc em̄ excitant astātes. Si tn̄ solus ministrās assit. qui fortassis (vt apud quosdam religiosos ɔsuetū est) postea sit celebraturus. et subministratione se aliqualiter recolligat meditādo nō videt hac de cā necessariū. debet tamē ɔsuetudo loci seruari.

Du. v. Utrū in memorijs viuorum et mortuorum debeat aliquorum fieri nominatio. Sol. Non est necesse. potest tamē eos nominare ꝓpter deuotionem augendam.

Du. vi. Utrū sacerdos cupiēs aliquoꝝ nominatim habere memoriam possit ante celebrationem hoc facere. Sol. Expedit vt ita faciat. presertim si publice sit celebraturus vel si multoꝝ memoriam nominatim habere velit. Sicut etiā expedit vt celebraturus volens dicere aliqua specialia pro maiori deuotiōe excitanda circa sumptionem sacramenti. hoc faciat ante celebrationem. vel etiā sub celebratione si missa in notis cantetur.

Du. vij. Utrū requirat attencio celebrantis circa dicenda et agēda. Sol. Quemadmodū non necessario requirit actualis intētio. vt supra ca. iiij. arti. ij. circa resolutionē tercij dubij dictū est.

13

Ita etiā nō necessario requirit actualis et cōtinua attencio. virtualis tñ attentio semꝑ necessaria est. Est aūt virtualis attentio virtus quedā relicta ex actuali attentiōe previa. et intentione ꝑseverandi in tali actuali attentione. Debet tamen sacerdos adhibere diligentiam vt actualem attencionem retineat.

Du. viij. Vtrū ad debite et digne celebrandū requiratur devotio in celebrante. Sol. Devotio duobus modis potest accipi. primo ꝓ voluntate prompte tradendi se ex dilectione ad ea que pertinent ad dei famulatū. Secūdo pro fervore dilectionis. quo mens cū quadā suavitate et delectatione elevetur ad deum. Et ꝫm vtrumqꝫ modum duplex potest esse devotio. Quedam enim est actualis. qñ scꝫ actualiter volūtas prompte se tradit divino obsequio. vel mens actualiter servet in dilectiōe. Alia est virtualis. vt cū ex actuali et previa devotione relinquit quedā virtus q̄ ad actus seqūtes cōcurrit. Circa actualē devotiōeꝫ duo sunt consideranda. scꝫ devotio ipsa. et conatus ad aquirendum eam. Circa officiū etiā misse duo attendēda sunt scꝫ misse celebratio. et ad celebrandū debita preparatio. Sacerdos itaqꝫ celebraturus in p̄paratione circa examinationē et ꝓbationē suijpsius tenetur habere devotionē primo mō dictam actualiter. hoīs eñ est preparare animū. De hac devotione videtur esse intelligenda glosa prima. Corinthi. xi. dicens Indignus est qui non devota mente accedit ad eucharistiam. Ad devotionē vero secundo mō dictam actualiter habendaꝫ non tenet. Ille eñ fervor dilectionis a domīo gratuite datur. Vnde aliqñ desideratus dari denegatur vel datus alicui subtrahit secundū ꝙ dispositio eius meret. vel secundū ꝙ saluti sue dñs noverit expedire. Verū tamē celebraturus tenet toto conatu illū fervorē desiderare. et possibilē diligentiā abhibere. faciendo totū qđ in se est vt sibi detur. Nitendo oēm teporē. distractionē. et evagationē mentis expellere. et si aliqđ hmōi occurrat. deliberate non tenere. hoc eñ faciendo nō censetur indignus sed sufficiēter devotus accedere. Vñ si ꝑ tūc ille fervor ei nō detur. nō debet ꝓpter hoc a celebratione abstinere. sed absqꝫ scrupulo celebrare. In ipsa aūt celebratiōe nō requirit de necessitate devotio actualis primo mō accepta. sed sufficit et etiā requirit virtualis ex actuali precedente relicta. Licet etiā nō requirat actualis devotio scđo mō dicta. eo ꝙ nō est in libera potestate nostra requirit tamen et sufficit desideriū cum possibili conatu actuali ad acquirendū illā devotionē. ita ꝙ celebrās faciat qđ in se est. cor sursum elevando. ꝓut et ipse astātes excitat et hortat. cū dicit Sursum cor ꝛc. Circa qđ dicit Ciprianus papa. vt habet de cōse. dis. i. c. quādo. Ideo sacerdos p̄fatione pre

missa parat fratrū mentes dicendo. Sursum corda vt dñs respō
det plebs. Habemus ad dñm. admoneat nihil se. aliud q̄ dñm
cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus. et soli
deo pateat. nec ad se hostem dei venire patiatur. hec ibi.

Du. ix. Utrum celebrans debeat stare capite discooperto.
Sol. Sic. vt habetur de cōse. dis. i. c. nullus. Nisi occurrat ratio-
nabilis causa cooperiendi. Unde si quis absq̧ tali causa stet co-
opertus. grauiter peccat. vt habetur ex eodem canone.

Du. x. Cum quo debeat fieri ablutio post sumptionē sangui-
nis. Sol. Cum vino. vt habetur in c. ex pte. de. cele. misse. Cui9
ratio inferius in vltimo capitulo reddetur.

Du. xi. Utrum sacerdos post missam inceptam licite possit
desistere. officium suū non perficiendo. Sol. Non potest nisi oc
currat aliqua rationabilis et sufficiens causa.

Du. xij. Quid agendū si sacerdos post missam inceptam mo
riatur. vel in talē infirmitatem aut debilitatem inciderit vt non
possit pficere. Sol. Si aliquod istorum cōtingat ante cōsecratio
nem. non est necessarium q̧ missa per alium pficiat. potest tamen
fieri si assit alius sacerdos dispositus. et ille incipiat vbi prior di-
misit. quod si nesciat pōt incipere a principio. Si vero aliquid
predictoꝝ cōtingat post cōsecrationem corporis et añ ꝯsecratio
nem sanguinis. vel post ꝯsecrationē vtriusq̧. tūc debet suppleri
et pfici missa per aliū dispositū. Si aūt cōtingat hoc in ꝓlatione
verboꝝ cōsecratiōis hostie. vbis iā in pte ꝓlatis. similiter pficia
tur p aliū. q̄ incipiat ibi. Qui pridie. Et si hoc cōtingat in conse-
cratiōe sanguinis. incipiat ibi. Simili mō. Sic etiā agendum vi-
detur cū dubitat vtrū prior sacerdos inceperit verba ꝯsecratio-
nis ꝓferre et non pfecerit. Nec reputandū est tūc fieri iteratio
nem. quia non intelligitur iteratū quod ambigitur esse factum.

Du. xiij. Quid agendum si celebranti sanguis p nares erum-
pat et fluit. Sol. Pausare debet reclinando vel sedendo donec
fluxus cesset. Cauere autem debet ne vestes vel aliqua sacra per
sanguinem coinquinentur recipiendo illum vel aliquo vase vel
panniculo. prout discretioni sue melius conuenire videatur. Si
aūt ille fluxus restringi non posset neq̧ sacerdos officium perfi
cere. tunc agendum est vt in casu dubij precedentis.

Du. xiiij. Quid agēdum si sacerdos omittat aliq̄d vel aliqua
de dicendis vel agendis in missa. Sol. Si obseruet ea que neces-
sario ad consecrationē requiruntur cōsecrat. sed tñ grauiter pec
cat si scienter omittat aliquid notabile ex institutione vel cōsue
tudine ecclesie ad hoc officium requisitū. vtputa misse introitū
Epistolā. Euāgelium. vel quid huiusmodi. Si aūt aliquid mo-

14

dice reputationis vel ex negligētia aliquid omittat minus pe
cat. Diligentissime tamen cauere debet ne hoc contingat.

Arti. iii. Resoluit quatuor dubia que occurrunt circa dicenda agenda. et cauenda post misse celebrationem.

Du. i. Utrū aliqua specialiter sint dicenda post misse celebrationem. Sol. Sic. primo nāq3 et an̄ oīa dicende sunt corde et ore debite et deuote graciarū actiones. Cum eni3 vt et ipse celebrans in p̄fatione ꝓtestatur dignū et iustū sit atq3 equum et salutare vt semper et vbiq3 dn̄o gratie agant. quia in nullo loco vel tempore nobis benefitia sua clemēter largiri cessat. dignissimū. iustissimu3 et equissimū est. vt hoc fiat post huius benefitij ꝑceptionē. et tanto diligentius atq3 deuotius quanto inter omnia benefitia hominibus a deo collata. illud vnum de maximis habet. Non solum aūt ideo gratias agere debet celebrans. ne ꝓpter ingratitudinem de tanto benefitio grauius iudicet a dn̄o. sed et vt de tali gratias debitas exhibens. potiorū benefitioꝝ dignus effitiat. et precipue vt ad cristianam celebrationem vel saltem sp̄ualem istius sacramenti sumptionē. ad quā semꝑ tenetur esse dispositus. preparatior reddat. Semꝑ em̄ celebratio p̄cedens. dispositio ac p̄paratio esse debet adsequentem. Magis autē attendenda est in hm̄oi gratiarū actiōe feruida cordis deuotio. q̄ ꝓlixa labiorum oratio

Du. ii. Utrū post celebrationem aliqua etiā singulariter sint agenda. Sol. Sic. debet em̄ is qui celebrauit in omnibus timorate. virtuose et exēplariter se habere. et in bonis occupationib⁹ exercitijsq3 salutaribus. consolationem et delectatione3 querere vt in meditando. psallendo. orando. studendo. scribendo. legēdo docendo. et horas canonicas debite persoluēdo. ita vt et diabol⁹ nunq̄ eum ocio su3 inueniat. et ad futura dona parati or fiat.

Du. iij. Que sint sacerdoti post celebrationem cauenda Sol. Maxime cohibenda est lingua ne loquat leuia. inutilia. scurrilia vel dolosa verba. Sic etia3 visus cohibendus est ne videat vana et suo modo sensus ceteri sunt caute custodiendi. precipue etia3 crapula et ebrietas fugienda. ioci ec ludi vitandi. Et vt hec facilius fieri possint studendū est summopere. vt dicit btūs Gregori⁹. q̄ semꝑ animus in suo pondere et vigore seruetur. ne postea eu3 fluxa cogitatio dissoluat. ne vana etiam letitia mentem subrepat et lucrū compunctōis anima p incuriā fluxe cogitationis perdat

Du. iiij. Utrū statim post misse celebrationem sit comedendū vel bibendum. Sol. De iure non debet fieri. Unde de ꝯsecratiōe dis. ij. dicit. Si mane dn̄ica portio editur vsq3 ad sextam ieiunent ministri qui eam sumpserunt. Et si tertia vel quarta hora acceperint ieiunent vsq3 ad vesperas. Sed de consuetudine hoc ius

non seruatur ꝓpter reuere[illegible] tñ tanti sacramenti dignum est vt a cibo ⁊ potu abstineat. donec debite graciaꝝ actiões sint reddite ⁊ ita etiã int ea spẽs sacramẽtales verisiĺiter existiment corrupte

Capitulum septimũ de dubijs occurrentibus circa materiam ad consecrandũ aptam. videlicet panem et vinum. sex comprehendit articulos.

Arti. i. Resoluit sex dubia que incidunt circa panem consecrandum sine hostiam. anteq̃ consecretur.

Du. i. Quis et qualis debeat esse panis vt consecrari et ex eo confici possit corpus xpi. Sol. Debet esse triticeus. aqua naturali confectus. et azimus. id est non fermentatus.

Du. ij. Quid agendũ si sacerdos percipiat panem nõ esse triticeum. alia aqua q̃ naturali cõfectum aut fermentatum. Sol. Si aliquid istoꝝ percipiat ante inceptionẽ canonis. panem illũ remoueat et aptum apponat et sine repetitione ꝓcedat. Si post inceptionẽ canonis et añ verba ꝯsecratiõis remoueat. vt supra patet. et canonẽ reincipiat. hoc videt tutius et cõueniẽtius. Si post verba ꝯsecrationis panis. et siue añ siue post cõsecratiõem sanguinis. ante tñ sumptionẽ panis remoueat ille panis. et recipiatur aptus panis atq̃ ꝯsecret vt supra. Panis vo supra quem ꝓlata sunt verba ꝯsecratõis reuerent tractet. et sumat a celebrãte post sumptionẽ sanguinis vel a ministrãte. Si post sumptiõez illius panis et añ sumptionẽ sanguinis recipiat de nouo panis aptus et consecret vt supra. atq̃ sumat. nõ obstãte ꝙ ieiuniũ sit solutũ p sumptionẽ panis non consecrati. q2 preceptũ de pfectione huius sacramẽti maioris est põderis q̃ preceptũ ꝙ hoc sacramentũ a ieiunis sumat. Si post sumptionẽ sanguinis. reponatur nouus panis aptus vt supra et nouũ vinũ. et cũ repetitiõe canonis fiat noua cõsecratio vtriusq̃ atq̃ sumptio. ne sacramentum maneat imperfectum. Si vero panis aptus et debitus haberi non possit ante consecrationẽ. deseratur missa incepta.

Du. iij. Quid agendũ si panis apposit⁹ pcipiat esse corrupt⁹ Sol. Quia panis corruptus dr qui substantiã et spẽm panis perdidit. vel ex putrefactione. vel vetustate. vel alio hmõi. qd pcipi põt cum cõtinuatis soluit. et sapor. odor. color aliaq̃ accidentia mutata sunt. ideo nõ est panis neq̃ ꝯsecrabilis. Si ergo pcipiat aliquo modoꝝ circa precedens dubiũ expressoꝝ. agatur etiam eo modo quo ibidem dictum est.

Du. iiij. Quid agendũ si panis nõ fuerit apposit⁹. vel post appositionẽ ablat⁹. et nõ pcipiat donec veniat ad verba ꝯsecratõis Sol. Apponat panis aptus. repetat canon. et cõsecratio illius

Du.v. Quid agendum si panis sit dispositus ad corruptio͞ez sicut notari potest ex aliqua mutatione saporis vel odoris vel si habeat foramen vel fracturaz. aut ablata sit aliqua particula vel non sit rotundus vt moris est. vel habeat maculam aut alium defectum consimilem. Sol. Si aliquis istorum casuuz occurrerit et ꝑcipiatur ante consecrationem ꝓpter reuerentiā sacramenti remoueatur panis ille et apponatur alius panis aptus. Si autem alius haberi nō possit. procedatur nihilominus in missa et perficiatur. nisi defectus in pane adeo notabilis fuerit ꝙ graue scandalum astantium timendum sit si procedatur. Si vero post consecrationem ꝑcipiatur talis defectus aut in ipsa cōsecratione tūc procedatur et perficiatur officium.

Du.vi. Vtrū in aliquo casu sacerdos licite possit legere vel cātare missam et nō cōsecrare panē siue cōficere corpꝰ xp̄i. Sol. In nullo casu licet. grauius em̄ peccat presbiter criminosus qui se celebrare simulat et nō celebrat. q̄ȝ si celebraret. Prorsus itaqȝ falsa remedia sunt abicienda. que sunt veris periculis grauiora

Arti.ij. Resoluit octo dubia que occurrunt circa panem consecratum siue corpus xp̄i ante sumptionem.

Du.i. Vtrum sacerdos consecrans panem teneat̄ sumere. Sol. Quociens sacerdos consecrat tenetur ipse sumere.

Du.ij. Vtrū in p̄dicto casu teneat̄ semꝑ totū sumere. Sol. Non semꝑ tenetur. Si em̄ sacerdos cōsecret plures hostias pro viatico infirmoꝝ reseruādas. vel alijs pro tūc disponēdas. non tenet̄ nisi vnā sumere. Si em̄ aliquis sub missa incideret infirmitatem. vbi immineret periculum mortis. et non haberet̄ alia hostia cōsecrata. debet sacerdos illā quam ipse sumpturus erat totam diuidere. et ꝑtem infirmo dare. Si etiā post sumptionem sanguinis cristi et ablutionis. reperiet̄ aliqua notabilis ꝑticula hostie cōsecrate. vel tota hostia cōsecrata. tūc illa ꝑticula seu illa hostia reseruari debet et non pro tunc sumi. vt infra tangetur.

Du.iij. Quid agendū si deprehendant̄ alique ꝑticule suꝑ corporali. palla. vel patena. q̄ de hostia ꝯsecrata sint resolute. Sol. Diligēter recolligant̄. et sumant̄ cū hostia sumēda. vel sanguine

Du.iiij. Quid agendū si ꝓpter frigus (an̄ sumptōȝ ablutiōis aut aliā causam accidentalē hostia vel ps eius ceciderit in calicē de manu sacerdotis Sol. Si tota hostia inciderit. nihil iterandū est. sed obseruatis ceterꝭ obseruandis. sumat̄ simul cū sanguine Si vero pars aliqua in manu remanserit. frāgatur illa. et pars vna mittat̄ in calicem et ꝓcedat̄ vlterius more consueto.

Du.v. Quid agendū si ceciderit hostia cōsecrata vel pars eiꝰ supra terram vel lapidem. vel pannū. aut aliud consimile. Sol.

Statim reuerēter leuet. et reponatur illuc vñ cecidit. pquiratur q3 diligenter si alique picule de hostia resolute ibi remāserint que consimiliter leuent. Deinde locus vbi hostia iacuit radat et abrasa comburātur. cineresq3 in sacrario reponantur. Et si locus non possit puenienter statim radi. circūsignetur et cooperiatur ne pedibus tangatur. donec comode radi possit. Si vero super pannū. vestem. aut aliud hmōi ceciderit. diligēter excuciatur ps illa vbi iacuit sup corporale vel patenā. poterit insuper lauari. et aqua lotiōis in piscinā mitti. Et vbi occurreret casus q sacerdos non possit cōuenienter vel sine graui scandalo leuare. vel si esset periculū in mora. vt timeretur q animal brutū aut puer sumeret. vel pedibus conculcaretur. vel aliud hmōi. tūc debet reuerenter leuari a ministrāte. vel aliquo alio. etiā laico si non assit alius sacerdos. et porrigi ad manus celebrantis.

Du. vi. Quid agendū si sacerdos casualiter tangat hostiam cū naso. mento. barba. veste. vel alio hmōi. Sol. Si notabiliter tetigerit. ita vt verisimiliter timeri possit q aliqua pticula minia hostie ibidem manserit adherens. statim post sumptionē hostie. vel ante si comode fieri poterit. fricetur cu3 extremitate patene super corporale illa pars nasi. menti. vel illius quo tacta fuit hostia. Deinde excutiat corporale sup petenā. et si aliquid ibi appareat de hostia. sumatur vel mittat in calicē et sumatur cum sanguine. et nihilominus post ablutionē digitorū discrete lauetur vl humectet cū digito eadem pars rei contacte. et abstergatur cu3 panniculo abstersiuo quo calix abstergi solet. Si cum veste aut alio consimili tetigerit. excutiatur pars illa super patenam vel corporale. et agatur vt supra tactum est.

Du. vij. Quid agendū si hostia consecrata per ventum vel aliquo alio modo fuerit amota de altari et amissa. Sol. Fiat diligentissima perquisitio ad inueniendum hostiam. que si inuēta fuerit. reuerenter reponat et procedatur in missa. Si vero inueniri non possit accipiatur noua hostia. reincipiat canon et consecretur. deinde procedatur modo consueto.

Du. viij. Quid agendū si cū sumendū est sacramentū. corpus cristi miraculose appareat sub specie carnis vel pueri. vel aliqua alia nō conuenienti humane refectioni. Sol. In tali casu nō est sumendū. nec pter hoc sacerdos efficitur transgressor precepti quo scilicet mandat vt sacerdos consecrans sumere debeat cosecratum. quia que miraculose fiunt legibus nō subduntur.

Arti. iij. Resoluit septem dubia circa panem consecratum siue corpus xpi post sumptionē occurrencia.

Du. i. Quid agendū sit si in sumptione sanguinis remaneat

16

ps hostie in fundo calicis. Sol'. Cauēdum est ne infundat vinū vt cū illo sumat. quia si cum vino sumeretur. ex quo vinū cicius descenderet in stomachū et preueniret descensum illius ptis hostie tunc iam solutū esset ieiuniū. et ita sacerdos nō ieiunus sumeret. quod in hoc casu fieri non debet. cum aliud et facile remediū haberi possit. hoc videlicet. vt digito cōsecrato ducat illa ps ad labiū calicis. et inde sumat. postea digitus sugat et abluat cum vino. et illud etiā sumat.

Du. ij. Quid agendū si post sumptionē sanguinis reperiant aliquę pticule siue reliquie resolute de hostia. Sol'. si certū sit q̄ sint resolute de hostia consecrata. et reperiantur ante sumptiōez ablutionis. statim sumant. Si post sumptionē ablutionis reperiant. et sit aliqua ita magna q̄ possit absq̄ periculo tractari et reseruari. tūc reseruet vsq̄ ad primā celebrationē. in qua hostia sumat. nisi graue scandalū timeatur euenire ex reseruatione. Si aūt omnes sint adeo parue q̄ absq̄ periculo tractari et reseruari nō possint. tunc sumant nō obstāte q̄ prius sumpta sit ablutio. quia q̄diu sacerdos est in actu pfectionis sacramenti et recollectionis reliquiaꝝ. quicq̄d fit dr fieri mox et in continēti nullo actu cōtrario inter medio. id est quasi simul sumeret oīa anteq̄ censeat nō ieiunus. Ubi etiam solutum esset ieiuniū nō obstaret. quia preceptū de pfectione sacramenti maius est. vt supra patuit. Cautū tamen videt vt ante ablutionem reliquie diligenter perquirātur et recolligentur atq̄ sumātur. Si vero dubium sit vtrū reliquie iste resolute sint de hostia consecrata. agatur tunc vt dictum est cum hac tamen generali intentione ac conditione si sint consecrate.

Du. iij. Quid agendū si post sumptionē sanguinis xp̄i repiat aliqua hostia integra Sol'. Si certū sit q̄ sit ꝯsecrata ⁊ reperiat ante sumptionem ablutionis. statim sumi potest. vel reseruari. Sic etiā agendū est si supmanserit aliqua hostia de eis de quibus alij cōmunicati sunt. Si post sumptionē ablutionis inuentatur reseruet pro viatico. vel in sequenti celebratiōe sumat. Si vero dubium sit. an ꝯsecrata sit. agat tunc eodem modo vt dictum est cum hac tamen conditione. si sit consecrata.

Du. iiij. Quid agendū est. si quis post sumptionem corporis xp̄i statim paciat vomitū. Sol'. Reuerenter colligant spēs panis si discerni possint. et reponant in sacrario. vel sumantur ab aliquo. si saltem assit aliq̄s ad sumendū dispositus absq̄ nausea et ea in quibus inuente fuerint spēs cōburant. et cineres in sacrario recōdant.

Du. v. Quid agendū si quis post sumptionē sacramēti ex infirmitate statiȝ emittat p secessum qđ sumpsit Sol'. Recolligant spēs et fiat sicut in casu precedentis dubij.

Du.vi. Quid agendū si hostia consecata et reseruata reperi-
atur putrefacta. vel aliūde corrupta. Sol'. Reuerēter tractetur
et in sequēti misse celebratōe sumatur post sumptionē sanguinis
Si vero sumi non possit recondatur in sacrario.

Du.vij. Quid agendū est si hostia ꝯsecrata comesta fuerit a
mure. vel ab aliquo alio aīali bruto. Sol'. Si aīal istud statim
apprehēdi potest. aperiat̄ corpus eius et diligēter perquirat̄ tam
in ore q̄ȝ in intestinis si alique spēs inueniri possint. que si inueni
antur. recolligant̄ et recondant̄ in sacrario. corpus vero aīalis
comburatur. et cineres similiter recondantur.

Arti.iij. Resoluēs. xiiij. dubia circa vinū priusq̄ ꝯsecret̄ inci
Du.i. Quod et quale debeat esse vinū vt sit aptum (dentia.
ad ꝯsecrandū. Sol'. Debet esse vinū vitis de vua expressum. Et
ideo non potest hoc sacramentū confici in aqua vinata. seu aqua
supfusa super aceruos vuarū post vinū expressum. quia talis non
est vinū neqȝ agresto. i. succo de vua immatura expresso. q̄ etiam
non est vinū. Neqȝ in aceto. ꝓpter eandem causam. Neqȝ debȝ
confici in vino malogranatorū vel mororū. aut cerasorum. neqȝ
vitis adhuc in vua contēto. quia nō est vinū. quia nō expressum
est de vua. et sic magis hȝ rōnem q̄ debet comedi q̄ȝ q̄ dȝ potari.

Du.ij. Quid agendū est si loco vini fuerit aqua. vel aliquis
alius liquor positus in calicē ad consecrandū. Sol'. Si sacerdos
hoc ꝑcipiat ante ꝯsecrationem panis. et vinum nullo mō haberi
possit. missam deserat impfectam nec vlterius procedat. Si aūt
vinum haberi possit. effundat priorem liquorem. et imponat vi-
num purum cum aqua. ꝓcedatqȝ vlterius nil repetēdo. Si vo
percipiat post ꝯsecrationē panis et ante ꝯsecrationem calicis. et
vinū nō possit haberi. ꝓcedat. nihilominus corpus xp̄i sumen-
do absqȝ sanguine. et missam terminando. Sed si possit haberi
vinum. effundat liquorē et preparet calicem vt supra. ꝓcedatqȝ
ad ꝯsecrationē calicis. incipiendo ibi. Simili modo. nihil repe-
tens de prius lectis. Si aūt percipiat hoc post ꝯsecrationem ca-
licis et ante sumptionem atqȝ diuisionē hostie. tunc effundat il-
lum liquorem. in aliud vas. qui postea ꝓpter reuerentiā verborꝫ
ꝯsecratiōis sup ip̄m prolatorū. mittatur in piscinā. imponatqȝ
vinum aqua mixtum in calicem. quo facto. accedat ad ꝯsecratio
nem sanguinis. reincipiendo ibi. Simili modo ꝛc̄. et deinde pro-
cedat more ꝯsueto. Ubi vero vinū haberi non posset. sumendū
est corpus absqȝ sanguine. vt in casu precedenti. et ita etiā in se-
quentibus agendū est. si vinum haberi non possit. Sed si hostia
sit diuisa. et pars missa in calicem. tunc caute extrahat illam p-
tem et reponat super patenam. et liquorem effundat in aliud

vas. quē postea sumat post ablutionē. vel in sacrario recondatur
ꝓpter reuerentiā hostie consecrate imposite in ipsum Deinde im
ponat vinū cum aqua et reincipiat vt dictū est. procedendo ad-
consecrationem sanguinis. Et quia illa ps hostie que extracta est
de calice non potest bene tractari propter humectationē. ideo ca-
piat aliam partem hostie nō humectatam. et cū verbis ac signis
consuetis mittat in calicem. partem vero humectatā sumat cū
alia parte non humectata. et procedat vlterius more solito. Si
vero predictū liquorem ꝑcipiat post susceptionem corporis cristi
ante tñ sumptionē et gustationem istius liquoris indebiti. tunc si
cut prius extrahat partem hostie missam in calicē et reponat su-
per patenam. et faciat cū liquore vt prius. imponatqꝫ vinum cū
aqua. et consecret sanguinem reincipiēdo vt supra. Et vbi faciē-
da sunt signa super calicē cum hostia anteqꝫ dicit᷑ et etiam cum
dicitur. Pax domini ⁊c̄. faciat signa illa absqꝫ hostia super calicē
In ceteris procedat more solito. tandem sumat ꝑtem hostie hu-
mectatam et postea sanguinem et missam perficiat vt ꝯsuetū est
Sed si liquorem illum sumere inceperit et adhuc in ore teneat.
vl' ꝑtim deglutierit. dummō pars hostie in calice remāserit emit-
tat discrete ex ore in aliud vas. et extrahat partem hostie. et agat
cum liquore et ceteris vt in casu p̄cedenti. Si autem etiā partem
hostie in os susceperit. non tamē adhuc transglutierit. discrete et
caute totū emittat ex ore in calicē. deinde extrahat ꝑtē hostie vel
ꝑticulas eius si in particulas resoluta fuerit. ⁊ faciat in ceterꝭ vt
supra. Si vero ꝑtem hostie cū liquore sumpserit. tunc nisi graue
scandalum timeat᷑. apponenda est alia hostia ꝯsecrāda ⁊ calix cū
vino et pane preparandus. et reincipiendū est acāone et vtrumqꝫ
ꝯsecrandū atqꝫ sumendū. Sed si graue scandalū timeat᷑ ex ap-
positione noue hostie tunc preparet᷑ calix cū vino et aqua et inci-
piat᷑ ab illo loco. Simili mō. et ꝯcludat᷑ cū istis verbis. hec quoci
enscūqꝫ fecereitis in mei memoriā facietis. ⁊ statim sanguis sic cō
secratus sumat᷑. Nec obstat in istis casibus solutio ieiunij. qꝛ pre
ceptū de ꝑfectōe sacrm̄ti maius est qꝫ p̄ceptū de ieiunio. vt supra
dictū est. In omnibus etiā dictis casibus cū tali cautela ⁊ discre-
tione agendū est. vt quantū fieri poterit scandalū euitet᷑. Unde
neqꝫ hostia neqꝫ calix iterato eleuari dꝫ. si pri⁹ fctā fuerit eleuatō

Du. iij. Quid agendū si impositū sit vinum corruptum. Sol'
Quia vinum corruptū spēm vini atqꝫ subām amisit. sicut muta-
tio accidentiū demonstrat. ideo nō est ꝯsecrabile. Cū ergo ꝑcipi-
tur esse corruptū aliquo modoꝝ expſſorū in p̄cedēti dubio. agat᷑
tūc vt ibidē expositum est.

Du. iiij. Quid agendū si vinū nō
sit impositū calici. neqꝫ aliqͦs alius liquor. sed dimissus sit vacu-

us. Sol. Quācito pcipit imponendū est vinū aqua mixtum. et vlterius pcedendū. Si aūt vinū haberi nō possit et fuerit ante ꝯsecrationē panis. tūc missa deserat impfecta. Si vero consecratio panis fctā sit pcedat in missa. vt circa. ij. du. hu⁹ arti. clari⁹

Du. v. Quid agendū si vinū sit dispositū ad (expositum est. corruptionē nō tū corruptū est. vt si acescat. vel si sit pendulum aut fetidū. vel immundū. aut alium ꝯsimilem hn̄s defectū. Sol. Si pcipiatur ante cōsecrationē calicis. remoueat et apponatur vinum aptum si haberi possit. Si aūt haberi non possit. vel si pcipiatur post ꝯsecrationem. pcedatur et perficiatur officium.

Du. vi. Vtrū in musto possit ꝯfici hoc sacramētū. Sol. Pōt bn̄ ꝯfici sed nō debz. nisi fuerit defecatū vel purificatū. nisi necessitas cogat. qua cogēte posset etiā exprimi vinū de vua in calicē.

Du. vij. Vtrū vino ꝯsecrando possint vue integre pmisceri Sol. Hoc fieri nō debet. qm̄ phibitum est. vt habet de ꝯse. di. ij. c. didicim⁹. Neq3 pmisceri debet vinū ex vua pssum in calicē.

Du. viij. Vtrum confici possit hoc sacramentum in nectare siue in vino condito. aut per species aromaticas colato. Sol. Quamdiu natura et species vini manet. potest confici. non tamen fieri potest nisi in casu necessitatis.

Du. ix. Vtrū possit ꝯfici in vino puro absq3 ꝯmixtiōe aque. Sol. Potest. sed nō debet. Vnde si sacerdos ante ꝯsecrationem deprehendat aquā non esse ꝯmixtam. statim cōmiscere debet.

Du. x. Que et qualis debet esse aqua que vino permiscenda est. Sol. aqua debet esse naturalis siue clemētalis et pura.

Du. xi. Quanta debeat aqua vino admisceri. Sol. Tam modica debet imponi ꝙ vinum in sua natura et specie possit permanere. si enim a natura sua mutaretur nō posset cōfici. Vnde vna gutta aque quātūcunq3 pua dūmodo debito tpe fuit imposita. vt possit fieri mixtio sufficit. et precipue si vinū fuerit debile.

Du. xij. Vtrū sufficiat ꝙ aqua fuerit vino admixta adhuc existente in dolio. Sol. Non sufficit. quia em̄ cōmixtio illa sacramentalis est. ideo fieri non debet anteq3 misteria inchoent. vel fiat preparatio ad inchoandū. et ad tardius imminente oblatione vt scilicet possit fieri transmutatio aque in vinū.

Du. xiij. Vtrū quis licite possit nō ꝯsecrare vinū. facta cōsecratiōe panis. Sol. Non potest licite. pfecta em̄ debent esse sacramenta. Cristus aūt hoc sacramentū sub speciebus panis et vini instituit. vnde vtrūq3 offerri. consecrari et sumi debet.

Du. xiiij. Quid agendū si sacerdos deprehendat vinū esse cōgelatū in calice cū vult ꝯsecrare. Sol. Sacerdos curā ad hibere debet vt resoluatur. vel per applicationē prunarum. aut panni

18

calefacti. vel manuū calefactarū. aut per infusionem vini calefacti. vt recipiat rationē actualem potus. Si tñ non resolueretur nihilominus posset confici. quia per congelationez natura vini non est corrupta. Hoc tñ caueri debet quantū fieri potest.

Arti. v. Resoluit octo dubia que circa vinū consecratū siue sanguinem cristi ante sumptionem occurrere possunt.

Du i. Quid agendū si sacerdos post ꝯsecrationē recolat vel dephēdat aquā non fuisse admixtā vino. vtrū videlicet adhuc debeat admisceri. Sol. Nullo mō debet aquā vino consecrato. admiscere. qꝛ sequeret corruptō sacramēti admin⁹ in aliqua pte qd caueri debet si fieri possit. sed ꝑcedat sine admixtione aque. Admixtio eñ aque nō est de nccitate ꝯsecratōis sed ꝯsecrantis.

Du. ij. Vtrū sacerdos semper teneatur sumere sanguinem. Sol. Quociensciū consecrat tenetur sumere. nisi irremediabile impedimentum superueniat. Si aūt alias sacerdos non celebrans cōmunicādo sumat corpus cristi. talis nō debet sanguinē sumere. sed vinū non consecratū post sumptionē corporis.

Du. iij. Quid agendū est. si sacerdos ex quacumq causa non possit sumere vinum. et ita etiā neq sanguinem sumere valeat. Sol. Si sacerdos sciat vel ꝓbabiliter timeat ꝙ nō possit absq nausea et periculo vomitus vel alio incōuenienti. tantū vini sumere quantū ad ꝯsecrationē nccariū est. non debet celebrare. Et si missam inceperit et nondū ꝯsecrauerit corpus. inceptā deserat Si aūt post ꝯsecrationē corporis et ante ꝯsecratōez sanguinis senciat vel timeat se nō posse sumere sanguinē ꝑter nauseā. ex inspectōe vel odore vini ꝯsecrandi. vel alio hmōi accñte. nō debet ꝯsecrare sanguinē. sed debet ꝑcedere sicut in illo casu vbi post ꝯsecrationē panis calix dephendit vacuus vel liquore nō consecrabili paratus. et nō potest vinū debitū haberi ad ꝯsecrandum ꝓut tactū est supius arti. iiij. in solutiōe scdi dubij. Si vero post ꝯsecrationē sanguinis et ꝑcipue circa tpūs sumptōnis eius hoc senciat vel timeat. tutius est ꝙ nō sumat. sed reuerēter atq diligenter reseruet vsq ad proximā celebrationē. in qua post sanguinem tunc ꝯsecratū et sumptū. sumat illū sanguinē reseruatū.

Du. iiij. Quid agendū est si cū sumi debet sanguis. spēs vini sit ꝯgelata. ita ꝙ nō debite possit sumi. Sol. Fiat resolutio aliquo modoꝝ superius tactoꝝ circa. xiiij. dubiū. arti. iiij. hoc tñ obseruato ꝙ nullo mō supinfundat vinū calefactū. eadē rōne qua nō debet admisceri aq̄ vino ꝯsecrato. vt circa. i. du. h⁹ arti. dictū est.

Du. v. Quid agendū sit. si musca aut aranea vel aliud hmōi ceciderit in sanguinē. Sol. Aīal illud caute debet capi. et diligēter lauari et cōburi. et ablutio cum cinerib⁹ in sacrariū mitti.

Et si absq3 horrore et piculo sumi possit sanguis. sumatur more psueto. Si aũt ꝓpter horrorẽ vel periculũ. vel timorẽ vomitus sumi nõ possit. tunc debet effundi in aliud vas ad hoc aptum. et cũ reliquijs reseruari. Nihil enĩ abhomĩabile sumi debet occasione hui⁹ sacramẽti. Et tũc ne sacramentũ maneat impfectũ. debet aliud vinũ aqua mixtũ in calicẽ poni. et vlteri⁹ ꝓcedi. eo mõ quo supius circa scdm dubiũ arti. iiij. expressum est. ßm q ante vel post sumptionem corporis hoc deprehendatur.

Du. vi. Quid agendũ sit. si sacerdos ante sumptiõez sanguinis deprehendat venenũ esse immissum in calicẽ. Sol. Nullo modo debet sumere. nec alteri dare. ne calix vite vertat̃ in mortẽ. Sz debet infundere in aliud vas aptum. et vlteri⁹ ꝓcedere. mõ in p̃a

Du. vij. Quid agendum sit si sanguis (cedenti dubio exp̃sso effundat̃ per negligentiã nõ ex toto. sed in pte. vel aliquid stillauerit de calice. Sol. Quocumq3 sanguis ceciderit extra calicem statim et reuerẽter recolligat̃. discretiõ mõ quo fieri poterit. et in celicem refundat̃. Si aũt nullatenus recolligi possit. tunc cito lambat̃ aut absorbeat̃. vel sugatur per sacerdotẽ. ne vel defluat vel imbibat̃ a re illa super quã ceciderit. Nec obstat si nondum sumpserit corpus xp̃i. q2 necessitas hic cogit vt sanguis sumat̃. ante corpus. Si vero sacerdos nõ posset hoc tam celeriter facere. vel vbi de hoc graue scandalũ timeret̃ si ipse hoc faceret. tunc potest et debet ministrans ad missam (si saltẽ sit dispositus ad minus per veram ꝯtritionem et ꝓpositum confitẽdi et cũ hoc sit ieiunus rc.) hoc facere. et p̃cipue si celebrãs v̾bo vel signo id iubeat. Et si ministrãs nõ fuerit dispositus. poterit et debet hoc alius dispositus facere. etiã si sit laicus. necessitate ad hoc vrgẽte. Melius est enĩ id facere q̃ q enormis irreuerenca fieret venerabili sacramẽto. vtputa q canis vel aliud aĩal inciperet lambere vl̾ desuper mingere. aut q pedibus ꝯculcet̃. aut alia hmõi irreuerentia abhomĩabilis ꝯtingat. Si preterea sanguis ceciderit in terrã vel super tabulam aut aliud huiusmõi. post actionẽ eoꝝ que iam dicta sunt. radat̃ locus quẽ tetigit. et qd̃ abrasum fuerit ꝯburat̃ et cinis intra altare vel sacrariũ recondatur. Si aũt sanguis lintheũ altaris vnũ vel plura tetigerit. fiat post supradicta trina lotio. illius vel illoꝝ cum qua munda calice supposito. vt in illum aqua ablutiõis recipiat̃. que postea sumat̃ a celebrante vel ministrãte Si tñ ꝓpter nauseam sumi nõ possit. recondat̃ talis ablutio iuxta altare. vel mittat̃ in piscinã. Silr̾ etiã agendũ est. si sup aliquã vestem cõsecratam sanguis xp̃i ceciderit. vel illa casu aliquo tetigerit. Si aũt sanguis sup vestem nõ cõsecrataz ceciderit vel tetigerit. post trinã ablutõez factã eo mõ quo supra dictũ est

19

illa ps vestis rescindatur. et in altari vel sacrario cum alijs reliquijs reponatur. vel illa pars vestis igne comburatur. si sacerdoti magis expediens hoc videatur. et cineres recondantur iuxta altare vel sacrarium vt supra tactum est. Totum etiam est. vt vestis illa super quam sanguis xpi cecidit ad vsum priorem non assumatur. sed vel vestis consecranda cultui diuino apta ex ea fiat. vel recondatur vel comburatur vt supra dictum est Silli etiam modo agendum videtur si sanguis cristi tetigerit capillos sacerdotis vel ceciderit super barbam eius. Fienda est enim ablutio capipillorum eo modo quo supra dictum est de veste. et fiat abrasio capillorum vel barbe et comburantur et ponantur cineres in sacrario. Si autem sanguis xpi tetigerit caput aut faciem vel aliam partem corporis nudam. sufficit quod diligenter et discrete lauetur. et de ablutione fiat vt supra dictum est de

Du. viij. Quid agendum si sanguis (ablutione vestis et aliarum rerum ex toto effundatur. ita quod nihil penitus maneat in calice quod sumi possit. Sol. Si de effuso aliquid recolligi possit vel lambi aut sorberi aut sugi. agendum est vt in solutione precedentis dubij tactum est. Si autem nullum istorum fieri possit. ne sacramentum maneat imperfectum. preparandus est calix de nouo cum vino et aqua. et vlterius procedendum est sicut in casu quo calix post consecrationem corporis vacuus deprehenditur. vel inepto liquore preparatus. vt superius arti. iiij. circa resolutiones secundi et quarti dubiorum expressum est

Arti. vi. Resoluit sex dubia que circa sanguinem post eius sumptionem occurrunt.

Du. i. Quid agendum sit. si sacerdos post sumptionem sanguinis deprehendat aliquam guttam adherere orifitio calicis. vel exterius in pede aut alia parte calicis. Sol. Si certus sit quod illa gutta sit consecrata. quia videlicet scit se post preparationem calicis diligenter abstersisse calicem. tam exterius quam etiam interius ab illo loco vbi stat vinum infusum. tunc debet sumere illam guttam ante sumptionem ablutionis. Si autem sit dubius an sit consecrata sumat sub hac generali intentione et conditione. si sit consecrata. Si vero certus sit quod non sit consecrata. sumat cum ablutione. vel postea abstergat si exterius adhereat. Quomodo autem haberi possit probabilis certitudo in tali vel alijs casibus consimilibus. patebit ex capi. sequenti arti. i. circa resolutionem. xiij. dubij et sequentium.

Du. ij. Quid agendum est si post sumptionem sanguinis deprehendat sacerdos aliquam guttam vel liquorem speciei vini adherere casule vel manipulo. aut alteri huiusmodi. Sol. Si certus sit de consecratione istius gutte vel liquoris. lambat vel sugat. et procedat vt supius in solutione septimi dubij. arti. precedentis dictum est. Si vero dubitet. faciat hoc sub conditione. vt circa precedens dubium dictum est. Si autem certus sit. quod non sit consecratus liquor ille. vel

gutta. tunc non est curandum de tali.

Du. iij. Utrū statim post sumptionem sanguinis debeat fieri ablutio digitorū super calicē. ex quo eī adhuc remansit in calice aliqua spēs vini. vtputa humor quidaꝫ siue humiditas sub qua sanguis continet. tales species si vinū sup infundat corrūpētur et sic ibi desinit esse sanguis xpi. Quid igitur agendū sit. vt sumi possint absqꝫ corruptiōe. Sol. Circa hoc sacramentū de possibilibus agendū est. qd decentius est et pro maiori reuerēcia tanti sacramēti ꝯuenientius. Non est aūt possibile vt spēs sacramētales circa hui⁹ celebratiōeꝫ diu manere possint incorrupte. immo necesse est vt cito corrumpant. Cum eī post sumptionem in stomachū descendūt non diu persistere possent incorrupte. nō solum ꝑpter subsequentem debite ablutionē. sed et ꝑpter permixtiōem humorū in stomacho etiā ieiuno preexistentiū. Sic etiam in descēsu ad stomachum si sint in parua aut modica quātitate corrumpunt per admixtionē humoris saliualis. Et pari ratiōe etiā in ore presertim cum post descensum sanguinis adhuc remaneat in ligua et ore humidas sacramētalis. quam humor saliualis qui maior est corrumpit. Ab extra quoqꝫ hoc idem qnqꝫ necessario contingit. Nam si post cautā etiaꝫ sanguinis sumptionē nō fiat abstersio seu ablutio calicis. nihilominus humiditas in calice remanens per exhalatiōem siue circūstantem aerem corrumpet et desinet ibi esse sanguis. Item etiā ꝯtingit circa exteriorē supficien calicis. in ea pte qua applicatū fuit inferius labium sacerdotis Certū eī est ꝙ labio illo humectato hūiditate sacramētali. etiaꝫ dicta pars calicis humectat. sic itaqꝫ caueri nō potest quin spēs ille sacramētales corrūpant et desinat ibi esse sacramētū. Abijcienda est igitur penit⁹ omis scrupulositas. vbi ineuitabilis occurrit necitas. ꝯuenientori tū mō et decētiori vt diximus agendum est. et vbi occurrit difficultas semp accipiendū est illud qd min⁹ habet de periculo. Non aūt videtur modus ꝯueniens ꝙ cū lingua calix exterius lambatur. et ita humiditas illa sumat vel abstergat. precipue ꝑpter scandalū. Neqꝫ faciliter hoc posset fieri. quo ad humiditatē que adheret fundo calicis. Sic etiā non videtur ꝯueniens modus vt cū digito humiditas illa abstergatur Oportet eī digitū postea abluere vel sugere. vtroqꝫ mō species corrūperent. et nō possent ꝯuenire ad stomachū. Cum hoc etiaꝫ posset occurrere periculū si videlicet hūiditas sacramētalis sub intraret inter vnguē et cutē digiti. vbi neqꝫ ablui neqꝫ exui faciliter posset. Ex hoc possent astātes attediari et scandalisari propter multiplicem immissionē digiti in calicē et alia hmōi. Cōuenientius ergo hoc mō agendū videt. vt sacerdos cū diligētia et

cautela sic primo sumat sanguinē de calice vt nihil amplius qđ per labia extrahi possit in eo remaneat. eleuando sursum. vel erigendo pedē eius. et declinando cōcauū ipsi⁹ vsus faciē. vel inter labia sumendo. et sic tenendo donec a fundo calicis tota humiditas que defluere possit defluat ad labiū calicis. diligenter tn̄ cauēdo ne aliquid decidat. et inde sumat per attractionem. etiā cum anhelitu. Et postq̄ diligēter notauerit q̄ nihil ampli⁹ defluere possit. abluat primo calicē ne aliqđ de sanguine adherens remaneat in eo. et post sumptionē illi⁹ ablutionis abluat digitos sup calicem vt sic et humiditas calicis et spēs panis si aliqđ de illa in digitis remāserit. totaliter abluat. deinde sumat. Nō sit aūt nimis parcus in vino circa ablutionē. sed tm̄ capiat. vt os et labia que specieb⁹ sacramētalib⁹ fuerūt humectata sufficiēter ablui possint et vt etiā p labia sic abluta possit ablui exterior ps calicis specieb⁹ sacramentalib⁹ prius humefacta. Valde aūt cauendū est ne sacerdos sit nimis ꝓlixus in dicto mō agendi. vt non generet tediū astātibus. Nec sit etiā in modo agendi singularis cōtra morē et cōsuetudinē dyocesis vel religionis sue vt astātes nō scandalisent de sua singularitate. vel de alijs sacerdotibus qui illam singularitatem nō obseruāt suspicātes eos errare.

Du. iiij. Quid si sacerdos post sumptionē sacramēti vrgeat sputo vel tussi ⁊c̄. Sol. Ante sumptionē ablutiōis nullo mō expuendū est vel extussiendū aut exscreandū. ne sic spēs sacramentales et p ꝯsequēs sacramētum eijciat. sed sputū vel qđ vrgit ad tussim aut ad exscreationē retineat vel trāsglutiat. Si aūt ex nimia violētia hoc fieri nō posset. expuat vel extussiat in aliqđ vas aptū vel in calicē si aliud habere nō possit. vel in panniculū mūdū et postea materia illa (si nō appareāt alique spēs sacramētales in ea) ꝯburat. et cineres reponant in sacrario. Verūtn̄ si sacerdos an̄ inceptionē misse. p̄senciat se aliqua tali passiōe violent molestari. tutius est vt a celebratione abstineat. Si vo post sumptionem debite ablutionis qua et os et labia sint etiā sufficienter abluta. vrgeatur aliquo predictoꝝ. q̄uis nō sit amplius periculum. tn̄ ꝓpter reuerētiā maiorē sacramenti bonū est vt abstineat quātū p̄t quousq̄ aliū potū vel cibū sumpserit. Si tamen nimis vrgeat. eijciat huiusmodi supfluitates ad aliquē locum vbi non conculcent pedibus. vel habeat secū panniculū in quē mittat.

Du. v. Quid agendū si post assumptionē sanguinis paciat sacerdos vomitū. vel ex infirmitate emittat p secessum quod sumsit. Sol. Sufficienter ptz ex dictis. Si eñ ibi nō possint deprehēdi spēs sacramentales panis. ex quo spēs vini iam permixte sunt alijs humoribus vt nō possint discerni. q2 fortassis corrupte sunt

inuoluenda est illa materia in stuppa vel panno et cōburenda. ꝛ cineres reseruandi sunt vt supra dictum est.

Du. vi. Quid agendū si sacerdos post sumptionē. sanguinis deprehendat venenū aut animal venenosum fuisse in calice. et illud se sumpsisse. an scilicet liceat ei euomere. Sol. Si per vomitum speret se liberari. et presertim si medicus consulat. tunc licet ei euomere. Hoc tamen caute fieri debet in aliquod vas mūdum et si alique species sacramentales ibi appareant. recolligantur. et in sacrario reseruentur. reliqua vero materia cōburatur et cineres similiter reseruentur.

Capitulum octauū de dubijs que circa debitam formam consecrationis istius sacramenti occurrunt duos habet articulos.

Arti. i. Resoluit. xvi. du. circa formā ꝯsecratiōis panis occurrencia.

Du. i. Que sit sufficiens et debita forma cōsecrationis panis. Sol. Forma est ista. Hoc est corpus meum.

Du. ij. Vtrum hec ꝯiunctio (enī) sit de substantia forme ꝛ de necessitate etiā proferēda. Sol. Non de substantia forme. neq3 de necessitate ꝯsecrationis sacramēti. non tamen debet scienter omitti. alioquin sacerdos grauiter peccaret.

Du. iij. Vtrū sacerdos si omissis omnibus alijs que in missa dici solent. diceret solū p̄dicta v̄ba sup panem aptū. consecraret. Sol. Si ea diceret cū intentōe ꝯsecrandi. tunc ꝯsecraret. sed grauiter peccaret. faciēs ꝯtra ordinē ecclie. vnde in nullo casu hoc faciendū est.

Du. iiij. Vtrū sacerdos ꝯsecraret si predicta verba vel aliqua eorū mutaret quantū ad ydomea. ꝓferendo sc3 in alio ydeomate. Sol. Si per hoc intenderet inducere heresim vel errorē in ecclia. et formā ecclie abijcere tanq3 inutilē vel ineffi cacem. et suā introducere quasi magis sufficiētē et efficatiorē. nō ꝯsecrat. q2 deficeret in intentiōe requisita ad ꝯsecrandū. Si vero nullū p̄dictoꝝ intēderet. sed ꝯsecrare s3m intentionē ecclie. tunc ꝯsecraret. sed grauit̄ peccaret. ritū ꝛ ecclie institutōez nō obs3uās

Du. v. Vtrū sacerdos si addat aliqua alia verba ad p̄dictam formā ꝯsecret. Sol. Si per talem additionē mutet̄ significatio verborū vel sensus orōis. ita q̄ distrahant̄ a ꝓpria significatione vel sensu. non fit consecratio. Si vero maneāt significatio et sensus. fit consecratio. sed sciēter sic faciens grauiter peccat. ratiōe qua supra. Si tn̄ interponerent̄ multa verba impertinentia. per que solueretur cōtinuitas orationis. non fieret consecratio.

Du. vi. Vtrū sacerdos subtrahēs vel diminuens aliquid de predicta forma consecret. Sol. Si subtrahat̄ aliquod quatuor

verboꝛum que sunt de substantia foꝛme. non fit consecratio. Si
vero subtrahatur vel omittat aliqua sillaba vel littera. ex cuius
subtractione nō impeditur significatio vel sensus. sicut potest cō
tingere in vltia sillaba vel littera dictiōis. tunc ꝯsecratur. diligē
ter tn̄ cauēdū est ne hoc fiat. Si aūt foꝛmidat ꝙ impedita sit sig-
nificatio vel sensus. tutius est vt foꝛma a pꝛincipio repetatur.

Du. vij. Vtrū incōgrue ꝓferēs vba ꝯsecratiōis ex imperitia
lingue vel inaduertentia. vel alio hmōi. ꝯsecret. Sol. si ex hmōi
incōgruitate nō impediat significatō vboꝝ vel sensus orōis. qui
verus sensus foꝛme ꝯsecratiōis capiatur. fit cōsecratio. scienter
tamen hoc faciens grauiter peccat. ratione superius expꝛessa.

Du. viij. Vtrū sacerdos faciēs trāspositiōez vboꝝ ꝯsecratōis
cōsecret. Sol. Sola transpositio vboꝝ nō impedit ꝯsecrationē
sed tn̄ fieri nō debet. Si aūt cū hoc variaret sensus. tūc nō fieret
cōsecratio, vt si interrogatiue diceret. Est hoc coꝛpus meū. Ad
uertendū tn̄ circa dictas variatōes vbi dictū est ꝙ nō impedi-
unt ꝯsecratōez. hoc veꝝ esse. nisi q̇s ꝑ eas intēderet inducere he-
resim vel erroꝛem. ꝓut tactū est in solutiōe. iiij. dubij p̄cedētis.

Du. ix. Vtrū sacerdos faciēs interuallū in ꝓlatōe vboꝝ ꝯse-
cret. Sol. Si paruū faciat interuallū vtputa si spuat vel tussiat
vel hmōi faciat. nō impedit ꝯsecratio. Si vero magnū faciat in
teruallū. vt si postq̄ dixit. Hoc est. doꝛmiat vel aliud faciat per
quod continuitas oꝛationis soluatur. non consecrat.

Du. x. Quid agendū si sacerdos nō recolat se dixisse vba cō-
secratiōis. vel alia q̄ in celebꝛatiōe huiꝰ sacramēti dici dn̄t. Sol.
Si certꝰ sit se omisisse aliq̇d eoꝝ q̄ sunt de nccītate ꝯsecrationis
reincipere debet a foꝛma ꝯsecratiōis. et cetera ꝑ oꝛdinē reiterare
ne mutet oꝛdo sacrificij. Si vero ꝓbabiliter ei constet se aliquid
omisisse qd̄ non est de nccītate sacramēti vel ꝯsecratōis. ꝓcedat
vlteriꝰ sine repetitōe Si aūt nullū istoꝝ sit. sed solū nō recolat se
dixisse. nō debet ex hoc mēte ꝑturbari. sed vlterius ꝓcedere. non
enī qui multa dixit. sꝑ recolit oia q̄ dixerat. et in multū ꝯsuetis
(sepius nō deliberat. ideo minꝰ recolunt.

Du. xi. Vtrū sacerdos ꝑ predictā formā possit ꝯsecrare panem absentē. Sol. Non
p̄t. Ex quo enī foꝛma in se cōtinet ꝓnomen demōstratiuū reqrit
(pn̄tia materie ꝯsecrāde.

Du. xij. Vtrū ꝑ pꝛedictā foꝛmā sacerdos possit cōsecrare panē pn̄tem in quacūq̧ quātitate fuerit.
Sol. Potest. sed nō debet in maioꝛe quātitate cōsecrare q̄ȝ neces-
sarium sibi videtur pꝛo cōmunione fidelium.

Du. xiij. Vtꝝ sacerdos vba ꝯsecratōis ꝓferēdo. ꝯsecret oēȝ
panē pn̄tem in altari. siue sit extra reseruaculū hostiaꝝ siue intra
Sol. Sacerdos ꝑ illa verba nullū panē etiam pꝛesentē cōsecrat

nisi sup quem fertur intencio eius cōsecrandi. et omnem talem
etiā cōsecrat. Unde et omnis alius panis quē nō intendebat cō (secrare nō est cōsecratᵘ.

Du.xiiij. Utrū sacerdos apponēs plures hostias pro populo cōmunicando ꝯsecrans et in ipsa ꝓlatione verboꝝ nō dirigēs intentionē actualiter ad omnes sed solū ad illā quam in manu tenet. omnes consecret. Sol'. Si habz intentionē virtualē ad cōsecrandū omnes. licet nō habeat actualem. oēs tū cōsecrat. De hac intenciōe dictū est supius capi. ij. arti. iij. in solutiōe tercij dubij. Si aūt in cōsecratiōe illius hostie quā manu tenet oēs alias intendat excludere. tūc nullā aliā cōsecrat. sed solum istam quam consecrare intendebat.

Du.xv. Quid si sacerdos intēdat ꝯsecrare centū hostias sine pticulas tot habēs ꝯmunicādos. et apposite sint plures vel pauciores ꝙ̄ centū. vtrū facta ꝯsecratiōe oēs sunt ꝯsecrate. vel solū aliqᵉ. aut nulle. Sol'. Si expresse et distincte intendat solū centum ꝯsecrare cū exclusiōe pluriū et paucorū. tūc nulla ꝯsecrat. Si aūt habeat intencionē ad cōsecrandū oēs illas nūeratas vel in locū ꝯsecrandaꝝ positas. licet erratū sit in nūero. tū oēs cōsecrant. Uñ cautū est vt sacerdos plures hostias cōsecraturᵘ. oēs simul añ oculos ponat. et intencionē nunꝙ̄ dirigat ad numerū intēdendo tot vel tot cōsecrare. sed ad oēs ibi simul positas.

Du.xvi. Quid si multe sint hostie apposite etiā simul. vtputa centum vel plures. et sacerdos intendat solum decem consecrare ex illis. vtrū alique. et que sunt ꝯsecrate post ꝓlationez verboꝝ cōsecrationis. Sol'. Si distincte discernat illas decem quas cōsecrare intēdit. tunc illas cōsecrat. Si vero ꝯfuse et indistincte intēdat cōsecrare decē. illas nō notādo et discernēdo. tūc null ā (cōsecrat.

Arti. iij. Resoluit tria dubia ꝙ̄ incidūt circa formā (cōsecrationis vini.

Du.i. Que sit sufficiēs et debita forma consecratiōis vini. Sol'. Forma est ista. Hic est eñ calix sanguinis mei noui et eterni testamenti. misteriū fidei. qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Du.ij. Utrū oīa vba ꝑdicta sint de substācia forme et necessario ꝓferenda. Sol'. Sicut hec ꝯiunctio eñ nō est de substācia forme ꝯsecratōis panis. ita nō est de substātia forē ꝯsecratōis vini. (nō debet tū scienter omitti.

Du.iij. Quid ſcet hec dictio calix in pdicta forma. Sol'. Significat liquorem vel sanguinem in calice existentē Accipitur eñ figurate continens pro contento.

Pro solutiōe alioꝝ dubiorū que circa ꝑdictā formā occurrere possunt. notāda sunt ea que circa ꝑcedentē articulū de forma cōsecratiōis panis dicta sunt Consilia eñ dubia circa hāc formā cōsecratiōis vini occurrere pūt. ⁊ pariformes hñt etiā solutōes.

22

Capitulum nonū de intenciōe ac ratione eorum que in missa dicuntur sex includens articulos.

Arti. i. Premittit diuisionē tocius misse in ptes suas principales. Tota missa diuidit in quinqꝫ ptes. In prima pmittit pparatio ad digne pficiendū ea que agenda sunt. In scda fit oblatio eoꝝ que ꝯsecrāda sunt. In tercia fit ꝯsecratio eoꝝ que oblata sꝫ. In quarta fit sumptio eorū que ꝯsecrata sunt. In quinta redditur gratiarūactio pro sumptoꝝ pceptione. Prima pars incipit ab introitu misse et finit ante canticū offertorij. Scda incipit a cantico offertorij et finitur ante pfatiōez. Tercia incipit a prefatione et finit ante orationē dñicam. Quarta incipit ab oratione dñica et finit ante anthiphonā post ꝯmu. Quinta incipit ab antiphona que vocat post ꝯmunionē et finit in ꝯclusione toti⁹ misse.

Arti. ij. Primā partē subdiuidit. intencionēqꝫ ac rōnem singulorum que in ea dicuntur clare exponit. Prima ps subdiuidit in duas pticulas. In prima nempe preparat effectus quadrupliciter. scꝫ p deuotionē. humiliationē. rectā intentionē. et grē ꝯsecutionē. Deuotio em̄ excitat p laudis iubilum in introitu. Humiliatio declarat per miserie gemitū in kyrieleison. Recta intentio explicat per celestis glorie ꝯcentū. in gl'ia in excelsis. Gratie ꝯsecutio postulat per orōis suffragiū in collecta. In scda vero pticula pparatur intellect⁹ dupl'r. Primo dispositiue per doctrinam ꝓphetarū et apl'orū in ꝓphecia vel epistola. per vite ꝓfectū in graduali. per spiritale gaudiū in allelnia. vel p cordiale luctū in tractu. Secundo perfecte per euangelicā lectionē in euangelio. per catholice fidei protestationem. in symbolo.

Arti. iij. Subdiuidit scdam ptem cum declaratiōe intenciōis ac rōnis eoꝝ que in ipsa dicuntur. Scda pars in tres particulas subdiuidit. In prima nāqꝫ pmittit offerenciū cum laude exultatio in cantico offertorij. In scda exprimitur ipsa oblatio in his v bis. Spū humilitatis. Suscipe sctā. In tercia petitur oblatiōis acceptatio. in orōe secreta. Et quia exigūt elenationē mentis ad deū. ideo singulis premittitur Dominus vobiscum. Loco cuius cum oratio secreta dicenda est. predicitur. Orate fratres ꝛc̄.

Arti. iiij. Terciaꝫ ptem subdiuidit. et explicat intentionē ac rationem illoꝝ que in ea dicunt. Et diuidit in quinqꝫ pticulas. in quarū prima pmittit per excitationē populi ad deuotionē preparatā. in qua primo ꝯclusio orōnis secrete expresse ꝓnunciat ibi. Per omnia secula. Secūda a sacerdote ppl'us salutatur. ibi. Dñs vobiscū. Tercio populus ad erectionē mentis incitat. ibi. Sursum corda. Quarto ad grās agendas ppl'us exhortat. ibi.

Gras aga. d. d. n. In scda subiungit deuota xpi laudatio Primo quo ad eius diuinitatē. dum pcinit cum angelis. Sanctus sanctus. Secundo quo ad eius humanitatem. dum canit cum pueris Benedictus qui ve. In tercia petit ꝯsecrāde materie bñdictio ꝛ acceptatō. vbi primo gñaliter premittit quid petat. Primo q̃tū ad oblationem que dr sacrifitiū. ibi. Te igit. Scdo quantum ad offerentes et eos pro quibus offert. ibi. In primis. Tertio q̃tuz ad illos quorum salus postulat. ibi. Pro eccl'ia. Quarto q̃tū ad eos quorum patrociniū implorat. in quorū etiā reuerentiā offert ibi. Cōmu. Scdo specialiter et expresse concludit quid per oblationē hostie impetrandū postulet. ibi. Hanc igit. In quarta peragit ꝯsecratio vbi primo effectus cōsecrationis postulat. ibi Quam oblationē. Scdo ipsa ꝯsecratio consumat quātū ad corpus xpi. ibi. Qui pridie. Et quantuz ad sanguinē xpi. ibi. Simili modo Tercio rei ꝯsecrate ꝯmēoratio explicat. ibi. Unde et memores. In quinta exprimit virtut' ꝯsecrati sacramēti postulatō vbi primo premittit q̄d petat quo ad graciaz et quo ad gloriam Quo ad graciā vbi petit primo acceptari sacramentū. ibi Supra que Scdo dari gracie donum. ibi. Supplici. Sed quo ad gloriam vbi petit primo pro mortuis. ibi. Memento etiā. Scdo pro viuis. ibi. Nobis quoqꝫ ꝛc. Scdo petitio finit. et inducit mediator per quē petita obtineri sperant. cum ꝯcludit. Per xpm. d. n. Tercio totus canon cōcludit. et oīa circa confectionē huius sacramēti peracta. in xp̄m patris filiū reducunt. Et primo ea q̄ sūt ex p̄te sacramēti. ibi. Per quē. Scdo ex p̄te ꝑsonaꝝ in sacramēto

Arti. v. Subdiuidēs quartā p̄tem ꝯ opantiū. ibi Per ipsum cū expositiōe intenciōis et rōnis singulorū que in ipsa dicuntur

Quarta ps subdiuiditur in duas p̄ticulas. In prima p̄ponit ad sumptionem sacramēti preparatio ꝯmunis et spēalis. Cōis q̄ fit primo ꝑ orationē ꝯmunē. scz dñicā. vbi premittit exhortatio presumptionis. ibi. Oremus. ponit ꝛ excusatio. ibi. Precept'. Subiungit celestis panis postulatio. ibi. Panē nr̄m ꝛc. Scda per deprecationē sacerdotis priuatā. ibi. Libera nos qs̄. Pacis concupiscentiā que a sacerdote populo optat. ibi. Pax dñi. et a pp'lo postulat. ibi. Agnus dei. In missis tn̄ defunctoꝝ vbi sacrificium nō ꝓ pace p̄nti. sed pro futura requie offert. tūc pax nō postulat Spēalis q̄ fit per primā orationē sacerdotis. vt cū dicit Dñe ihu xp̄e fili dei viui ꝛc. vel aliquā aliā orationem addit. Nam diuersi diuersas vel ꝓ sua deuotione. vl' ꝓ locoꝝ ꝯsuetudine addūt orationes. In scda subiūgit sacramēti sumptio a sacerdote. qui post priuataz orationē sacramētū sumit. ad qd̄ debet esse disposit⁹ mō supius. c. vi. arti. i. expositio. Etiā ostēdit sacramēti sumptio ab

23

illis quib⁹ p sacerdotē dispensat. Cōiter etiā ꝯsueuerūt celebrātes post sacramēti pceptōez. quasdā priuatas orōes dicere p grārūactiōe. vt quidā dicūt. Corpus dñi nr̄i ihū xp̄i ꝛc̄. Alij Quod ore sumpsim⁹ ꝛc̄. Alij quasdā alias orōs spēales put eos deuotio vl' ꝯsuetudo puocat. qđ discretōi vniuscuiusq3 reliquit. Verum tñ melius videt vt nihil vocaliter exprimat. pter ea que in libro missali ptinent. ſm q dictū est supius. c. vi. arti. ij. in resolutōe scđi du. Ne p hmōi verba pmisceant. discontinuent. et interrūpant ea q̄ ex institutōe vel ꝯsuetudine eccl'ie dicēda et pferēda sunt. Sed vt ibidem tactū est si quis habeat affectū ad aliqua alia dicēda. dicat in corde p cogitacionē et deuotā meditationem. Sic eñ et talis pmixtio. interruptio et discōtinuatio vitabitur. et affectus desiderio suo non frustrabitur.

Arti. vi. Quintā ptem subdiuidit. intēcionesq3 ac ratōes eorū que in ea dicunt explanat. Quinta ps subdiuidit in tres pticulas. In prima fit accepti beneficij ꝯmemoratio. per antiphonam post ꝯmunionē. que cū quadā leticia canitur. In scđa reddit pro percepto bñficio graciarūactio per orationem sacerdotis. que cōplenda dr. In tercia ꝯcludit tocius misse cōsumatio p hec v̄ba. Ite missa est. Benedicamus dño. vel Requiescāt in pace. Vbi chorus vel minister grās agens respondet. Deo grās. Vel defunctis requiē optās. respōdet. Amen. ad Requiescāt in pace.

Capitulum decimū de racione. et

significatione eorū que in missa et circa eam agunt. cum breui epilogo et cōclusione tocius opis duodecim cōprehendēs arti.

Arti. i. Enūerat ea q̄ in missa et circa ipsaz agunt. In missa eñ p̄cipue solēni ac circa eaz decem gñalia principaliter occurrunt peragēda. Primo. lotio manuū. Scđo thurificatio. Tercio altaris osculatio. Quarto sacerdotis versio. et ppl'i p cū salutatio. Quinto gestus variatio. Sexto multiplex per cruces signatio. Septimo hostie fractio. Octauo partis hostie in calicem missio. Nono osculi pacis traditio. Decimo vini nō ꝯsecrati sumptio.

Arti. ij. Exponit racionē et ſcationē primi principalis qđ circa missam et in ipa occurrit pagendū. Locio manuū añ missam fit. Primo ad tractandū reuerēter ipm sacramentū. Preciosa eñ tractare nō ꝯsueuerūt hoīes nisi manib⁹ prius lotis. Vñ indecēs esset q ad tam p̄closum et tam nobile sacramentū' qs accederet manib⁹ que de facili inquinant illotis. Scđo ad incitandum celebrantē ad deuocionē et internā purificationē. quā intendere debet. Tercio ad insinuandū q ꝯsecraturus hostiam lacrimis cōpunctiōis lauare debet prius ꝯsciētiam. Quarto ad ſcan-

dū interiorē mūdificationem. Vñ sacer. Dionisius dt. q extre-
mitatū ablutio ſgcat ablutionē etiā a minimis pctīs. Hoc nanqȝ
repn̄tabat ablutio sacerdotū in veteri testamēto. Lotio digitoꝝ
in missa fit añ oblationē vel ꝯsecratiōem ad ampliorē reuerentiā
sacris exhibendā cū iā offerri et ꝯsecrari debēt. et ad deuotiōeȝ ⁊
puritatē incitandū. silr̄ ad emūdaciōeȝ a pctīs ſgcandū. Fit etiaȝ
post sacramēti sumptionē ꝓpter sacramēti reuerētiā. ne post tan
ti sacramēti ꝯtactū digitis non ablutis. statim alia nō ꝯsecrata
tangant̄. Etiā ꝓpter piculi cautelā. vt si aliq̄d de spēb᷒ sacramē-
talib᷒ adheserit digit᷒ per ablutōeȝ tollat̄. Silr̄ ꝓpter mundicie
retinentiā. ſgcat enī hec ablutio. vt sacerdos qui ꝑ sacramēti ꝑce
ptiōeȝ presumit̄ esse mūdat᷒. post celebrationē mūdiciā retineat.

Arti. iij. Rationē ac ſgcationē scdi principa (et ne recidiuet.
lis qd̄ circa missam agitur declarat. Thurificatio añ missam ⁊
in ea fit. Primo ꝓpter sacramēti reuerētiā. vt scȝ ꝑ thuris odorē
expellat̄ oīs malus fetor horrorē ꝓuocās. Scd̄o ꝓpter diabolice
malignitatis repulsam. ne scȝ ille malignus contra sacrificiū vel
celebrantē aliquid machinari possit. hmōi enī fumo oīa demonia
fugant̄. Tertio ꝓpter deuotionē et orationē celebrantis ac assistē
ciū significandā. que per ipsos ad deū dirigit̄. Quarto ꝓpter effe
ctum gratie representādū. qua sicut bono odore xp̄s plen᷒ fuit.

Arti. iiij. Explicat rōnem ac significatōeȝ tercij pricipalis qd̄
circa missam agit̄. Altaris osculatio añ missam et in ea fit. Pri
mo ad sacramēti ꝯsecrādi. tractādi. et sumēdi reuerentiā. Scd̄o
ad celebrātis amorē erga xp̄m excitādū. Tercio ad dilectōeȝ int̄
xp̄m spōsuȝ et eccl̄aȝ spōsam repn̄tandā. Quarto ad detestabilē
Jude ꝓditoris osculatōeȝ ſgcandā. p̄sertiȝ quo ad illā osculatōȝ
q̄ fit post sacramēti eleuationē. cū dr̄. Ex hac altar᷒ pticipatōe.

Arti. v. Quarti principalis quod in missa agitur ratiōem. sig
nificationemqȝ exponit. Sacerdotis ad populū versio quintu-
plex. quintuplicē manifestationē xp̄i in die resurrectōis sue factā
repn̄tat. Silr̄ sacerdotis salutatio q̄ fit septē vicib᷒ (quinquies
videlicet cum se vertit ad populū. et bis cū se nō vertit. vt cū di-
cit in p̄fatione. Dn̄s vobiscū. ⁊ post hostie fractionē. Pax dn̄i sit
semꝑ vobiscū) septiformem spiritussancti graciam signat.

Arti. vi. Explicat rationē ac significatōeȝ quinti principalis
qd̄ in missa agit̄. Gestus principalis variatio est sextuplex. Pri
ma brachioꝝ extēsio. qua signat extensionem brachioꝝ xp̄i in cru
ce. Scd̄a eleuatio manuū qua signat directionē orōnis ad deū
Tercia cōiunctio manuū qua signat cōiunctionē cordis cū ore.
oris cū ope. fidei cū opibus caritatis Quarta cācellatio manuū
que signat affixionē xp̄i in cruce. Quīta digitoꝝ. scȝ pollicis cum

indice copulatio. que fit ꝓpter sacramēti reuerenciā ꝛ ꝑiculi cau
telā. ne si aliqua ꝑticula digitꝰ adheserit. dispdat. Uel ad signifi-
candā copulatōez capitis cū mēbris. i. xp̄i cū eccl'ia. Sexta cor-
poris inclinatō. q̄ fit ad rep̄ntandū humilitatē et obedientiā xp̄i
ex quibus passionē suscepit. et ad incitandū celebrantē et assisten
tes ad humilitatem et deuocionē.
Arti. vij. Racionem et significationē sexti principalis qd̄ in missa agit declarat. Multi-
plex signatio p cruces fit ad rep̄ntandū modū et ordinem dn̄ice
passionis. Et quia illa passio quibusdam gradibus fuit peracta.
Quedā eñ passionis ptes crucifixionē p̄cesserunt. et quedam in
cruce ꝯsumate sunt. Ideo etiā quedā cruces fiūt ad rep̄sentādū
ea que passus est dn̄s añ crucifixionē. vt ille que fiūt ante conse-
crationē. Quedam vero fiūt ad rep̄ntandū ea q̄ in cruce vel post
crucē facta sunt. sicut ille que post ꝯsecrationem fiunt. Perficit
aūt ista signatio per decem vices. Primo triplici cruce sub illis
verbis. Hec dona. hec munera. hec sctā sacrificia. ad rep̄ntādū
tradiciōem xp̄i factā a deo patre. Juda. et iudeis. Scd̄o triplici
cruce sub illis verbis. Benedictā. ascriptā. rataz. ad rep̄ntandū
venditionem pfectā a sacerdotibꝰ. scribis. et phariseis. vel vēdi-
cionis preciū scz triginta denarioꝝ. Ubi addit duplex crux sub
illis verbis. Corpus. ad rep̄ntandū Judā venditorē. Sanguis
ad representādū xp̄m vēditū. Tercio vnica cruce in ꝯsecraciōe
corpis. sub illo v̄bo Benedixit. Quarto vnica cruce. in ꝯsecrati-
one sanguinis. sub illo v̄bo Bn̄dixit. ad rep̄ntandū p̄signatōez
passiōis cristi factā in cena. p huiꝰ sacramēti institutiōem sub spe
cie panis et vini. Uel ad rep̄sentandū passionē xp̄i in corpore et
aīa. Quito cruce quintuplici sub illis v̄bis. Hostiā purā. hostiā
sctāz. hostiā immaculatā. Panem sctm̄ vi. eter. Calicem sa. ppe.
Ad rep̄ntandū plagas quinqz. siue vulnera quinqz principalia.
corpis xp̄i. Sexto triplici cruce sub illis v̄bis. Corpus et sang.
sump. cū benedictiōe. Ad rep̄ntandū corpis xp̄i extensionem in
cruce. sanguinis effusionē. et passiōis fructum. Septimo triplici
cruce sub illis v̄bis. Sctificas. viuificas. bn̄dic. Ad rep̄ntādū
triplicez xp̄i orōnem in cruce. scz pro ꝑsecutoribus. liberatione a
morte. et adeptōe glorie. Octauo triplici cruce sub illis verbis.
Per ip̄m. et cū ipso. et in ipso. Ad rep̄sentandū tres horas quibꝰ
xp̄s in cruce pepēdit. qz ab hora sexta vsqz ad nonā. Nono du-
plici cruce sub illis v̄bis. Deo patri oīpotenti in vnitate. s. s. Ad
rep̄ntandū sepacionez aīe xp̄i a corpe Decimo triplici cruce sub
illis v̄bis Pax dn̄i sit sp vobiscū. Ad rep̄ntandū xp̄i resurrectio
nem tercia die factā.
Arti. viij. Exponit rationē ac significationem septimi principalis qd̄ agit in missa. Hostie fractio fit

ad obseruandū formam quam cristus circa confectionem huius
sacramenti tenuit. Ipse em̄ panem fregit ꝛc̄. Hostie fractio etiā
fit ad representandū passionem xp̄i. in qua corpus eius vulnera-
tionib⁹ fractū siue diuisum fuit. Hostie fractio etiā fit ad rep̄sen
tandū distinctiōem corpis xp̄i misti. ſꝫm diuersos eius status.

Arti. ix. Rationem et significatiōem octaui principalis qđ
in missa agitur declarat. Circa missionem partis hostie in cali
cem aduertendū est ꝙ hostia frangitur primo in duas medieta-
tes. ad designandū duplicem statum predestinatoꝝ. scꝫ eorū qui
sunt in eterna gloria et eorū qui sunt in temporali miseria. Illa
nanqꝫ medietas que ex manu dextra sup̄ patenā indiuisa colloca
tur. significat predestinatos qui iam adepti sunt beatitudinem.
que per dextraꝫ intelligitur. Alia vero medietas que in sinistra
manu retinetur. in duas partes diuidit̄. quarum vna medietati
super patenā collocate cōiungitur et significat illos qui sunt in
purgatorio. qui quidem licet beatitudinē nonduꝫ habeant. sunt
tamen certi de ea. Altera vero pars que post hanc diuisionem in
dextra tenetur. mittitur in calicem et significat predestinatos ad
huc in seculo viuentes. qui qꝫuis de beatitudine habēda certi nō
sint. illam tamen virtute passionis et sanguinis cristi cōsequētur
licet per multas tribulatiōes. que per calicem significatur.

Arti. x. Assignat rationem et significationē noni principalis
quod in missa agitur. Postqꝫ sacerdos dixerit Agnus dei ꝛc̄.
osculatur librum vel altare vel aliud ſꝫm cōsuetudinem loci. Et
deinde ministrum vel imaginem vel tabulam per eundeꝫ sibi por
rectam que vlterius exhibet̄ astantibus osculanda. Primo ideo.
vt celebrans non solum cum deo pacem. sed et cum proximo se
habere protestetur. Secundo ideo. vt alij osculantes ꝯfiteant̄
se esse ꝯiunctos in vnitate fidei p̱ xp̄m in ara crucis immolatū.

Arti. xi. Rationem et significationē decimi principalis quod
in missa agitur exponit. Post cōmunionem et calicis ac digi-
torum cum vino ablutionem sumitur illud vinū. Primo ideo. vt
reliquie specierū sacramentaliū (si que in ore remanserint) cum
illo transglutiant̄. Secundo ideo. vt per hoc significet̄ ꝙ sacer-
dos deinde manere debeat mundus. et seruare saporem et odoreꝫ
vini. compunctionis et tristicie in corde. graciarum actionis. et
leticie in ore. recte cōuersationis et iusticie in vita et opere.

Arti. xij. Superius determinata breuiter epilogans. et hoc
opus concludens. Ea que circa officium misse quo ad mini-
strum celebrandi locum. tempus. ac cetera in summario huius
operis notata. dubitationem ingerere possunt. sub compendio
sufficienter resoluta putamus. Nam si aliqua alia occurrant.

ex his que diffinita sunt diligenter cōsideratis. faciliter solui possunt. Sollicite preterea curat ille per cuius negligentiam error aliquis cōmissus fuerit. vt debitam super illo penitentiam agat.

Et quia iuxta sacrorum canonū constitutiōes. quidā defectus specialem exigunt satisfactionem. tutum est vt in casibus difficilibus prelatus superior consulatur. cui tales sunt reseruandi.

Non lateat deniqꝫ lectorem. doctores diuersos circa quedaꝫ in superioribus dicta. non vniformiter. sed sepius ꝯtrarie sentire Vnde fieri nō potest vt singulorū sentēcias imitemur. Sed hoc nobis sufficiat. vt omni affectu ad opinātes secluso. id quod nobis verius aut magis congruū visum est diffiniuerimus. ad gloriam hiesu cristi. Qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum benedictus Amen.

Explicit Resolutoriū dubiorū. circa celebrationem missarum occurrentiū. Impressum Lyptzck per Cunradū Kackelouen. Anno gratie nonogesimoseptimo.